

I. *Modus colorandi marmora.*

1. **M**armor debet esse politum sine omni macula, durum ut Ignis vim eo melius sustineat, ideo Alabastrum his usibus minime Idoneum.

2. Ad Aperiendos poros igne opus est tali tamen gradu ne Igniatur, nam tum colores Comburentur nec nimis tepido, nam etsi tum Colores recipiat, recepti tamen minus figuntur nam marmor etiam frigidum imbibet aliquot colores sc. Crocum *Stone-blue* pro Colore cœruleo, verum hi colores facillime per nimum calorem igne dissipantur ideo is ignis sit Gradus qui sufficiat liquori marmoris infuso leniter ebulliendo.

3. Menstrua varia sunt, pro diversitate materiæ dissolvendæ, Lixivium ex Urina equina factum cum cineribus clavellatis, part 4. & calcis viv, part 1. (NB. Urina Canina prestat equinæ.) Item Spiritus Vini, Lixivium Comune, Vinum & quædam Oleaginosa.

4. Colores qui cum vehiculis inducuntur hi sunt.  
 1. *Stone-blue*, in spirit. vin. vel lixivio calcis vi v solut.  
 2. Lackmus in lixivio vulgari. 3. Crocus vel Sappgreen solutum cum lixivio ex Urina & Calc. viv. vel in Sp. Vini. 4. Vermilion vel Cochineel dissolut. ut supra.  
 5. Sang. Draconis in Sp. Vini S. Art. solut. 6. Brasiliæ lignum in Sp. Vini solut. 7. Radix Alcannæ cum oleo Terbinth Extract. nam in nullo alio menstruo nec Spiritu vini nec in lixivio solvitur. 8. *Sappgreen the less* mixt. & dissolut. in sp. Vini vel lixivio calc. viv. ut antea. Aliud Genus Sanguinis Draconis est quod vocatur Lachrima Sanguinis

guinis Draconis, quod cum Urinis mixtum gratum satis pro ducit colorem, verum ægre acquireretur, melius Colores cum Urina mixti finem non eludunt.

5. Colores qui sine vehiculo illinuntur hi sunt.  
1. Sang. Draconis optime mundat. ad Colorem rubrum.  
2. Gumin. Gutt. ad Col. flav. 3. Cera virid. ad Color. virid. 4. Sulphur, pix, Terebinth ad Colorem brunum requiritur tantummodo ut Marmor rite ferveſcat, & ita Colores gramatici fricando inducuntur, quod experientia docebit.

Hi Colores vel facile vel difficulter eluuntur, ruber Color cum oleo Tartari per deliquium intra 26 horas extrahitur ſine ulla polituræ jactura, Brunus cum aqua forti intra quartam horæ partem ſed læſa politura.

Pro Colore Aureo ſic fac R. ſalis armoniaci, Vitrioli albi flor. virid. æris, pulveriſentur ſubtiliſſime.